BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

THESES DICATÆ TUTELARI.

AD EXCMUM. DOMINUM
MÆCENATEM SUUM
DUCEM DE MEDINA-SIDONIA,
PROVINCIA BŒTICA FRATRUM
ORDINIS PRÆDICATORUM:
CARMEN DICATORIUM,
ET ENCOMIASTICUM.

AD REVERENDISSIMUM
PATREM MAGISTRUM
FR. JOSEPH DIAZ, GUZMANÆ
FRATRUM PRÆDICATORUM FAMILIÆ
HISP. ET IND. VIC. GENERALEM,
PROVINCIA BŒTICA EJUSD. ORDINIS:
CARMEN GRATULATORIUM,



Incipiam laude GUZMANI indice [illegible]ti,
Principium quamvis est notum sanguinis ejus.
Cujus et à Proavis Regum descendit origo,
Nomina, et ipsa tulit Magnatum fama suorum.
¿Quis numeret Proceres urbes, et regna tuentes?
At per Avos, Proavosque suos ab origine fulget.
His neque per dubium pendit fortuna pa[illegible]rem;
Nec novit mutare vices: sed fixus in omnes
Cognatos procedit honos, quemcumque requires
Hoc hominum genere est certum de Regibus nasci.
Per fasces numerantur Avi, semperque renata
Nobilitate virent, et pridem fata [illegible]tur
Continuum simili servantia lege tenorem.

Factum GUZMANI (maneat per sæcula nomen)
Jam fama refert; postea plura dabit.
Evehat ALPHONSI PEREZ nova fama triumphum
Zelus ubi est Patriæ prolis amore minor.
Ducat ad ocassum Solis, referatur ab ortu,
Et meritas laudes orbis uterque legat.
Tantum Roma suis olim victricibus armis
Ostentare potest, ac celebrare queat.
Laudibus extollat claros, bellique potentes.
Enumeret magnos, quos dedit illa Duces.
Denique cunctorum, dum jam laudaverit ante
Orbis, ab ALPHONSO quisque secundus erit.
Alter es, FRANCISCE, virtutis maximus Hæres
Laudibus, et meritis dignus honorari.
Dicere si vellem te dignas, inclite laudes,
Esset opus magnum, munusque difficile.
In te tantus adhuc (GUZMANI sanguinis hæres)
Decessor vivit, gloria, nomen, honor.
Dum tanto auspicio dives Provincia gaudet,
Estque Patrocinio nobilitata tuo,
Munus persolvit pro grato munere dignum;
Exiguum munus fructus amoris erit.
Dum te Patronum spectat Provincia magnum
Illi videt similem, Relligione parem.
Ó nimium felix Provincia Bœtica [illegible]
Pacificus vivas, et tibi vota [illegible]
Augeat per multos, quos felix duxeris annos,
Te Deus, et longa posteritate [illegible]

Summe Parens Salve, Provincia Bœtica cantat,
Ordinis Hispani gloria, nomen, honor.
Servus Dei servorum Rege cûm junctus et concors,
Novimus, quem magnum, maximum fecit virum.
Illa ego, quæ quondam Filiis oblita relictis,
Nunc rego ut Regina, nunc et ad astra vehor?
An nè, favente JOSEPH, gens aliqua dente canino
Audeat lætitiis bella movere meis?
Absit: et magna nimis tanti esttutela Patroni,
Audeat ut quisquam bella movere mihi.
Gloria summa JOSEPH clipei Cœlestis ad instar,
Trudere momorum spicula sola potest.
Virtus summa JOSEPH, quantum venerabilis Orbi est,
Non minus est ejus nominis umbra potens.
Nominis umbra JOSEPH indefectibilis, firma
Me teget, et nullus tutior esse potest.
Umbra JOSEPH, inquam, quâ nulla est major in orbe,
Crescit, et augetur, vivit, et non moritur.
Quid non dicit enim de te tua fama? Remotas
Ipsa tuum nomen compulit ire plagas.
Nomen tuum magnum postremo à limine mundi,
Innumeros oculos ad sua gesta trahit.
Amplius haûd Salomon solus, qui à finibus Orbis
Cogat in obsequium pectora mille suum.
Tu meus es Salomon Salomone sacratior omni,
Ad cujus famam Clitia fida trahor.



Tota Pater Provincia ter Caput, atque Magistrum
Omine mirifico te concelebravit amantèr.
Vir meritis plenus Provinciam totam subisti;
Ast ubi munus obisti, iterum subsellia scandis.
Auxilium ¡ó ingens ætas, quod nulla silebit!
Luce nova moderaris alumnos legibus almis.
Dictis, præcipuèque tuis regis omnia factis.
Es patiens mitissimus, atque benignus in omnes:
Suades omne bonum per verba docencia fratres.
Magne Pater Deus, et Fili, tu Spiritus alme
In nostro cœtu fac tempora longa gubernet.
Gaudeat ordo virum talem meruisse regentem,
Ut decet excelsi leges in munere tanto.

VOTUM BENEFACTORIBUS.

DEBITUM GRATITUDINIS CENSUM SOLVIT MUNIFICENTISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO PATRONO SUO PROVINCIA Bœticæ Fratrum Ordinis Prædicatorum Granatæ suis in comitiis congregata.

EXCMO. NEMPE D. D. FRANCISCO BORGIA ALVAREZ DE TOLEDO, OSORIO, PEREZ DE GUZMAN EL BUENO, MONCADA, ET ARAGON, FAXARDO, ET REQUESENS, LUNA, CARDONA, Zúñiga, Portugal, Silva, et Mendoza; Marchioni de Villafranca, de Villanueva de Baldueza, de los Velez, Molina, et Martorell; Duci de Medina-Sidonia, de Fernandina, Montalvo et Buona; Principi de Paterno, et de Montalvan; Comiti de Peñaramiro, Cartanagetta, Colesano, Aderno, Salafani, Caltavelotta, et Cintorve, &c. Primi Ordinis Magnati, Regiæ Camæræ Statori, &c.

QUÆSTIO UNICA.

Cum quibusdam Evangelicæ veritatis adversariis aliquando visum sit, quatuor Evangelistas Mathæum scilicèt Marcum, Lucam, et Joannem in narratione quam de Historia Christi [illegible] inter se constare, ac proinde quasi palmare suæ vanitatis objecerint eos inter se dissentire, nos horum pravorum hominum calumnias refutare volentes, et criminationes solvere aggredientes, propugnamus quatuor istos sacros Scriptores, nec sibi, neque alteri eorum adversari, sed summam consensionem, et concordiam perpetuò servasse.

DEFFENDITUR DIE APRILIS 27 [illegible] AN. 1806. VESPERE HORA 4 IN HOC CONV. SANCTÆ. CRUCIS REG. ORDINIS PRÆDICATORUM.

RESPONSURUS ADERIT P. FR. BLASIUS [illegible], LECTOR PHILOSOPHIÆ; SUB AUSPICIIS R. P. LECT. TEOLOGIÆ FR. VICENTII BERNARDOS DE QUIROS.

CUM [illegible]Æ, EX TIPOGRAPHIA FRANCISCI GOMEZ ESPINOSA DE LOS MONTEROS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

THESES DICATÆ TUTELARI.



AD EXCMUM. DOMINUM

MÆCENATEM SUUM

DUCEM DE MEDINA-SIDONIA,

PROVINCIA BŒTICA FRATRUM

ORDINIS PRÆDICATORUM:

CARMEN DICATORIUM,

ET ENCOMIASTICUM.

Incipiam laudes Guzmani indicere tecti,
Principium quamvis est notum sanguinis ejus.
Cujus et à Proavis Regum descendit origo,
Nomina, et ipsa tulit Magnatum fama suorum.
¿Quis numeret Proceres urbes, et regna tuentes?
At per Avos, Proavosque suos ab origine fulget.
His neque per dubium pendit fortuna pavorem;
Nec novit mutare vices: sed fixus in omnes
Cognatos procedit honos, quemcumque requires
Hoc hominum genere est certum de Regibus nasci.
Per fasces numerantur Avi, semperque renata
Nobilitate virent, et prolem fata sequuntur
Continuum simili servantia lege tenorem.

Factum Guzmani (maneat per sæcula nomen)
Jam fama referat postea plura dabit.
Evehat Alphonsi Perez nova fama triumphum
Zelus ubi est Patriæ prolis amore minor.
Ducat ad ocassum Solis, referatur ab ortu
Et meritas laudes orbis uterque legat.
Tantum Roma suis olim victricibus armis
Ostentare potest, ut celebrare queat?
Laudibus extollat claros, bellique potentes.
Enumeret magnos, quos dedit illa Duces.
Denique cunctorum, dum jam laudaverit ante
Orbis, ab Alphonso quisque secundus erit.
Alter es, Francisce, virtutis maximus Hæres
Laudibus, et meritis dignus honore pari.
Dicere si vellem, te dignas, inclite laudes,
Esset opus magnum, munusque difficile.
In te tantus adhuc (Guzmani sanguinis hæres)
Decessor vivit, gloria, nomen, honor.
Dum tanto auspicio dives Provincia gaudet,
Estque Patrocinio nobilitata tuo,
Munus persolvit pro grato munere dignum;
Exiguum munus fructus amoris erit.
Dum te Patronum spectat Provincia magnum
Illi videt similem, Relligione parem.
Ó nimium felix Provincia Bœtica donec
Pacificus vivas, et tibi vota ferat!
Augeat per multos, quos felix duxeris annos,
Te Deus, et longa posteritate dies.

AD REVERENDISSIMUM

PATREM MAGISTRUM

Fr. JOSEPH DIAZ, GUZMANÆ

FRATRUM PRÆDICATORUM FAMILIÆ

HISP. ET IND. VIC. GENERALEM,

PROVINCIA BŒTICA EJUSD. ORDINIS:

CARMEN GRATULATORIUM,

Summe Parens Salve, Provincia Bœtica cantat,
Ordinis Hispani gloria, nomen, honor.
Servus Dei servorum Rege cûm junctus et concors,
Novimus, quem magnum, maximum fecit virum.
Illa ego, quæ quondam Filiis oblita relictis,
Nunc rego ut Regina, nunc et ad astra vehor?
An nè, favente Joseph, gens aliqua dente canino
Audeat lætitiis bella movere meis?
Absit: et magna nimis tanti est tutela Patroni,
Audeat ut quisquam bella movere mihi.
Gloria summa Joseph clipei Cœlestis ad instar,
Trudere momorum spicula sola potest.
Virtus summa Joseph, quantum venerabilis Orbi est,
Non minus est ejus nominis umbra potens.
Nominis umbra Joseph indefectibilis, firma
Me teget, et nullus tutior esse potest.
Umbra Joseph, inquam, quä nulla est major in orbe,
Crescit, et augetur, vivit, et non moritur.
Quid non dicit enim de te tua fama? Remotas
Ipsa tuum nomen compulit ire plagas.
Nomen tuum magnum postremo à limine mundi,
Innumeros oculos ad sua gesta trahit.
Amplius haūd Salomon solus, qui à finibus Orbis
Cogat in obsequium pectora mille suum.
Tu meus es Salomon Salomone sacratior omni,
Ad cujus famam Clitia fida trahor.

Tota Pater Provincia ter Caput, atque Magistrum
Omine mirifico te concelebravit amantèr.
Vir meritis plenus Provinciam totam subisti;
Ast ubi munus obisti, iterum subsellia scandis.
Auxilium ¡ó ingens ætas, quod nulla silebit!
Luce nova moderaris alumnos legibus almis.
Dictis, præcipuèque tuis regis omnia factis.
Es patiens mitissimus, atque benignus in omnes:
Suades omne bonum per verba docencia fratres.
Magne Pater Deus, et Fili, tu Spiritus alme
In nostro cœtu fac tempora longa gubernet.
Gaudeat ordo virum talem meruisse regentem,
Ut decet excelsi leges in munere tanto.

VOTUM BENEFACTORIBUS.

DEBITUM GRATITUDINIS PENSUM SOLVIT MUNIFICENTISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO PATRONO SUO PROVINCIA Bœticæ Fratrum Ordinis Prædicatorum Granatæ suis in comitiis congregata.

EXCMO. NEMPE D. D. FRANCISCO BORGIA ALVAREZ DE TOLEDO,

OSORIO, PEREZ DE GUZMAN EL BUENO, MONCADA, ET ARAGON, FAXARDO, ET REQUESENS, LUNA, CARDONA, Zúñiga, Portugal, Silva, et Mendoza; Marchioni de Villafranca, de Villanueva de Baldueza, de los Velez, Molina, et Martorell; Duci de Medina-Sidonia, de Fernandina, Montalvo et Buona; Principi de Paterno, et de Montalvan; Comiti de Peñaramiro, Cartanagetta, Colessano, Aderno, Salafani, Caltavelotta, et Cintorve, &c. Primi Ordinis Magnati, Regiæ Camæræ Statori, &c.

QUÆSTIO UNICA.

Cum quibusdam Evangelicæ veritatis adversariis aliquando visum sit, quatuor Evangelistas Mathæum scilicèt Marcum, Lucam, et Joannem in narratione quam de Historia Christi texuerunt non inter se constare, ac proinde quasi palmare suæ vanitatis objecerint eos inter se dissentire, nos horum pravorum hominum calumniam refutare volentes, et criminationes solvere aggredientes, propugnamus quatuor istos sacros Scriptores, nec sibi, neque alteri eorum adversari, sed summam consensionem, et concordiam perpetuò servasse.

DEFFENDITUR DIE APRILIS 27 LABENTIS ANN. 1806. VESPERE HORA 4 IN HOC CONV. SANCTÆ. CRUCIS REG. ORDINIS PRÆDICATORUM.

RESPONSURUS ADERIT P. Fr. BLASIUS MARIN, LECTOR PHILOSOPHIÆ; SUB AUSPICIIS R. P. LECT. TEOLOGIÆ Fr. VICENTII BERNARDOS DE QUIROS.

CUM LICENTIA GRANATÆ, EX TIPOGRAPHIA FRANCISCI GOMEZ ESPINOSA DE LOS MONTEROS.

R. 28269

40

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala C
Estante 19
Número 49 (30)

C
001
083
(40)

30